

prædictum Antonium, cui commissa erat præfidentia talis Capituli, pertinebat.

Pervenit prædictus Visitator, ac Commissarius Generalis Antonius, ad dictam, Provinciam Portugallie, ubi debita obedientia, & benignitate fuit receptus, & quatuor Religiosorum Conventus, unumque Monialium Monasterium visitavit; sed quia advena, & extraneus erat, & Regiam facultatem non impetravit ad visitandum, in hoc Regno extraneo, ideo ab eadem Regia auctoritate impeditus fuit, ne in sua jurisdictione ulterius procederet. Quod talis prædictus Visitator, ac Commissarius Generalis impedivit, ne Capitulum Provinciale celebraretur, usque ad alteram Generalis dispositionem, ac ordinacionem.

Queritur.

3. An prædictus talis Visitator, seu Commissarius generalis, cui Reverendissimus generalis vices suas commisit cum hac clausula generalis (ac si nos presentes essemus) possit tempus Capituli dilatare, cum notum sit, quod Reverendissimus Pater generalis juxta Constitutiones part. 2. cap. 1. §. 7. habeat auctoritatem tam ad dilatandum, seu elongandum, quam ad abbreviandum, seu coarctandum Capituli tempus.

Resolutio.

4. In hac materia procedendum est tam attentio jure communi, quam etiam attentio jure Constitutionum ipsius Religionis, & ejus usu, consuetudine ac practica; quo posito facile resolvitur questio.

5. Dico ergo. Talis visitator nullo modo potest Capituli celebrationem impedire, neque in hoc se intromittere, & quidquid contra hanc resolutionem fuerit factum, erit nullum, irritum nulliusque roboris, ac momenti.

6. Probatur primò, quia omnis jurisdictio, ac potestas tam ad præfidentium in Capitulo, quam ad visitandum pendet ex mente, seu voluntate Reverendissimi P. generalis, qui optimè potest utrumque separare & unam ab alia dividere; atqui de facto unam ab alia separavit, & divisit, quatenus uni tribuit munus præfidentis; alteri verò facultatem, & gratiam præfidentis per litteras patentes, ergo talis jurisdictio de facto est disjuncta, seu separata una ab alia, & una jurisdictio aliam impedire non potest cap. Sicuti, de officio legati, cap. Pastoralis, de Officio Judicis Ordinaris, cap. 2. & cap. Ex parte, de Officio Judicis delegati, cap. 1. de Rescriptis. Ibi glossa Panormitanus, Navarrus lib. 1. Concil. de Officio Judicis Delegati, num. 2. Molina tractatu 5. disput. 9. num. 13. Anguianus de legibus, disp. 32. sect. 6 num. 41.

Glossa. Panorm. Navar. Molina. Anguian.

7. Et quod mens P. generalis esset unam jurisdictionem ab alia dividere, ac separare, ostenditur primò. Quia hoc motivum cogit P. generalem, ut in litteris patentibus concessis tali visitatori poneret, ac præfigeret hanc limitationem (usque ad Octavam Pasche) ut spiraret jurisdictio talis visitatoris quindecim dies, ante celebrationem Capituli, ut juris-

dictio præfidentis institui maneret expedita, & à nemine impediri posset. Confirmatur ex more, ac usu ipsius Partis generalis: nam in similibus litteris patentibus, dum v.g. tribuit Petro munus ad visitandum, ac reformandum cum plenitudine potestatis usque ad Capituli terminationem. Tamen ut ipsemet Petrus in Capitulo præfideat, ei concedit alias patentes litteras diversas, ac distinctas ab eis, quæ erant ad visitandum, ergo mens P. generalis est in omni casu, & semper utramque jurisdictionem dividere, & separare, ergo in proposito casu divisit ac separavit.

8. Probatur secundò, ex quodam principio certissimo, ac receptissimo: legatus contra expressam mentem delegantis non potest extendere jurisdictionem suam, & quidquid facit, est irritum, cap. Posses, de Officio legati, cap. Sedes Apostolica, cap. Pastoralis, de Rescriptis, cap. Venerabili, de Officio Judicis Delegati. Bartol. cum aliquibus in cap. de Rescriptis, in 6. Menochius de arbitrar. quest. 12. num. 5. Navarrus in cap. Cum contingat, de Rescript. 7. causa Nullitatis num. 1. Molina tract. 5. disp. 25. num. 2. atqui expressè constat de mente Patris Generalis impediens supradicto visitatori, ut nullo modo in Capituli celebratione intromittatur, quia postquam prædictas litteras patentes ad visitandum dedit tali visitatori, scripsit ipsemet Pater Generalis quandam epistolam ad Provinciam, & inter alia, hæc continebat talis epistola (Me hoi determinando inojar un visitador de buenas partes, y talento, que consuela a todos, y no se empachara en la celebracion del Capitulo Provincial, posto que el Muy Reverendo P. M. Antonio ha recebido la presidencia. Et in alia epistola quam idem P. Generalis scripsit M. Antonio instituto præfidenti ita habet: Que el dicho visitador no se empachara en las cosas de la celebracion del Capitulo, suposto su muy Reverenda Paternidad aver recebido la presidencia. Ubi expressè ait P. Generalis, se non intromittat, neque in celebratione, neque in rebus ad Capitulum pertinentibus, ergo se non potest in illis intromittere.

Bartol. Menoch. Navar. Molina.

Epistola generalis.

9. Confirmatur. Quia licet prædictus visitator utatur omni sua jurisdictione, ac potestate, sibi commissa, quamvis sit ad bonum regimen Provincie, reformationemque illius, non potest extendere suam jurisdictionem, ultra tempus præfixum, per spatium saltem quindecim dierum, & maxime, quia Pater Generalis, à quo tota jurisdictio dependet, certum, ac limitatum tempus prædefinit, ac determinavit, ergo non potest se intromittere in his, quæ spectant ad celebrationem Capituli, quia Pater Generalis per suas epistolas hoc ei denegat.

10. Dicit aliquis, quod epistolis missivis, non tanta debet adhiberi fides, quanta litteris patentibus. Sed contra, quia epistola missivæ Summi Pontificis in toto terrarum orbe, & epistola Principis suo nomine subscriptæ fidem faciunt in toto Regno suo; & eandem auctoritatem habent, ac si essent diplomata Pontificia, vel Regia, cap. Cum olim, 2. de Officio Delegati, cap. Cum ad Sedem, §. finali, de restitutione spoliarum. Glossa in cap. Ex tua, de filiis Presbyterorum, post

Bartol. Mascard. Menoch. Gonzalez.

Rubius.

Suar. Salas.

Fragosus. Anguianus.

Peirius.

11.

12.

13.

Hofstienf.

Farinac.

14. Constitutio Orans.

post Bartolum in lege publica Mascardus de probationibus, tom. 2. conclus. 807. numer. 17. Menochius de arbitrar. casu 64. num. 10. Gonzalez in Reg. 8. Cancellaria Glo. 59. num. 11. Rubius cap. 1. de rescriptis, & communiter Doctores in cap. Sancta Romana, dist. 15. ex quo inferunt aliqui, quod epistola missivæ Episcoporum in suis Dioccesibus plenariam fidem faciunt, ac si essent publica instrumenta, quia eodem modo comparatur Summus Pontifex, circa universam Ecclesiam, ac Episcopus circa suam Diocesim. Suarez lib. 4. de legibus, cap. 14. num. 13. Salas disp. 12. de legibus sect. 9. ex quo concluditur, quod epistola missivæ P. Generalis circa totam suam Religionem eandem fidem faciunt, ac si essent litteræ patentes, quia ita comparatur Generalis ad Religionem suam, ac Episcopus ad suum Episcopatum, ita Fragosus in praxi Regular. lib. 3. cap. 11. n. 21. Anguianus de legibus. disp. 26. sect. 3. num. 6. Faustus in Theaur. Relig. lib. 5. quest. 386. Peirius in privileg. Minor. tom. 2. Constit. 11. sect. 4. n. 6.

Et confirmatur. Quia in eadem Provincia, ac Religione semper observatum fuit Patres Generales per tales epistolas missivas confirmare acta, ac decreta ad totam Provinciam quæ omnia ex sua intrinseca natura patentes litteras postulant.

12. Probatur tertio. Quia potestas delegata est odiosa, & non est extendenda de uno casu ad alium, cap. P. & G. de officio delegat. & docent Glossa ibi verbo processus, de rescriptis, in 6. Angelus verb. Delegatus num. 5. Sylvester, quest. 5. Tabiena verb. Delegare, quest. 4. Maranta, Armilla, & alii, quos citat, ac sequitur Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 25. n. 9. Deinde quando jurisdictio est determinata in certo genere causæ, v. g. visitandi, & reformandi mores, non potest extendi ad aliud genus diversum, ut est celebrandi Capitulum. Confirmatur, quia talis visitator utendo omni sua jurisdictione non potest capitulum celebrare, neque in illo præfideat, neque in eo f. cere nominatum, ut omnes fateri debent, ergo etiam se non potest intromittere in Capitulo dilatando, quia juxta Ordinis statuta, non minus jurisdictionis requiritur ad Capitulum dilatandum, quam ad illud celebrandum.

13. Et confirmatur ulterius, quia jurisdictio tali visitatori concessa, est solummodo in ordine ad visitationem, & ad hoc tendit clausula illa executoria (Ac si nos presentes essemus) quæ quidem novam non tribuit jurisdictionem, neque illam extendit, sed tantummodo corroborat datam, sicut juramentum, in contractu, ut tenent Hofstienf. & communiter Doctores in cap. 1. de transact. Deinde clausula executoria posita in fine rescripti non ampliat jurisdictionem, Farinacius tom. 1. decis. 55. n. 5. Dec. 708. n. 2. p. 2. decis. 62. n. 8. pater ex Clem. 1. de Prebendis.

14. Probatur quartò. Quia Capitulum Provinciale juxta Ordinis Constitutionem p. 4. c. 10. §. 1. debet celebrari Dominica 3. post Pascha & si hæc Dominica non celebretur, est mutare dispositionem Constitutionis, & in illa dispensare; atqui prædictus visitator omni sua jurisdictione utens, non potest in Constitutionibus dispensare, nec ad hoc ei est com-

Sylveira Opuscula.

missa potestas à P. Generali, quia ut ipsa met Religio constitutio ait: part. 2. cap. 1. §. 11. Sciat Reverendissimus Pater Ordinis, quod habet quidem plenariam potestatem dispensandi in his Constitutionibus, nunquam tamen censendum eum dispensare, nisi id ipse in litteris patentibus expressè dicat se dispensare. Et addit Constitutio quod tales litteræ nullæ sunt, ac si nunquam existerent; atqui talis visitator in suis litteris patentibus concessis à Reverendissimo P. Generali non habet jurisdictionem ad dispensandum in prædictis Constitutionibus, ergo hoc non potest facere contra Constitutionum dispositionem.

15. Confirmatur, quia licet P. Generalis alicui det litteras patentes contra Constitutionem, quamvis in illis expresse dicat, quantum se extendit nostra potestas, in quantum possumus, & non faciat expressam mentionem de Constitutionibus, omne factum, quod sit contra Constitutionem est nullum, nulliusque vigoris, ergo nunquam est intelligendum, quod Pater Generalis tribuat potestatem ad dispensandum in Constitutionibus, nisi id ipsum exprimat. Unde sit communis resolutio, quod tales Commissarii Generales, & Visitatores etiam in suis litteris patentibus Generales illis concedant plenitudinem potestatis, non est intelligendum ut possint dispensare in statutis Ordinibus, nec facere ea, quæ sunt specialissima Generalis.

16. Ita Rodriguez tom. 1. Reg. quest. 54. articulo primo & secundo Miranda tom. 2. quest. 11. art. 4. conclus. 2. Portel. in dubiis, verb. Commissar. num. 1. Fragosus lib. 2. cap. 18. num. 6. Hieron. Rodriguez Resol. 2. num. 9. Peirius in Privileg. Minim tom. 1. cap. 3. Constit. Julii 1. §. 29. Eandem resolutionem de Visitatoribus, ac Commissariis Generalibus Religiosorum, de quibus agitur, tenet Mag. Lezana focus Lezana. P. Generalis, qui Constitutionem fecit, & optimè sciebat, & penetrabat Generalis mentem tom. 2. cap. 13. num. 30. loquen. de prædictis visitatoribus, ac Commissariis Generalibus; ita ait: Ea qua vel jure, vel consuetudine Ordinum, solum Generalibus competunt, non poterunt facere; hæc enim cum sint specialiter nota digna, non veniunt in concessione generali juxta regulam juris 18.

17. Probatur quintò, communi usu, ac universali consuetudine totius Religionis, neque enim in illa poterit reperiri aliquod exemplum in contrarium, neque aliquis Religiosus, licet valde Senio confectus recordabitur quod aliquis absque speciali commissione P. generalis, vel Illustrissimi Domini Nuntii se intromittat ad elongandam, vel abbreviandam Capituli Provincialis celebrationem, ergo hæc absque prædicta auctoritate fieri non potest.

18. Probatur sextò. Quia culpa unius non retorquetur in damnum alterius; quod visitatori sua jurisdictio impediatur, non provenit ex culpa Provincie, sed ipsiusmet visitatoris: quia Provincia illum accepit, & recepit debita obedientia, & benignitate: & causa, ob quam visitator suam visitationem non continuavit, neque finivit, ex eo fuit, quia regiam non obtinuit facultatem, ergo non debet converti in notabile damnum Provincie, quale

F f 3



quale est Capituli dilatio, ex qua oritur maxima in tota provincia confusio.

Ad objecta.

18. Opponitur primò, pro contraria parte, quia tali visitatori dedit, & commisit P. Generalis vices suas (Ac si presentes essemus) sed P. Generalis juxta Ordinis Constitutionem potest elongare, vel abbreviare capitulum Provinciale, ergo etiam idem potest presens visitator.

19. Respondetur, quod huic objectioni patet solutio ex multis capitibus. Primò, quia ex eo, quod P. Generalis jurisdictiones visitandi, ac presidendi in capitulo dejunxit, ac separavit, non potest talis visitator mittere facem in messem alienam, ac se intrinicare in Capituli celebratione, ut patet ex primo, & secundo fundamento. Secundo. Se non potest intrinicare, quia potestas commissa visitatori, non est in omni genere causarum, sed tantum ad visitandum, ac reformandum in ordine ad suam visitationem, & limitata causa limitatum producit effectum, ut tenet Angelus consilio 138. §. vixit omnibus. Tuschus tom. 2. litter. D. concl. 404. Barbosa de clausulis usus frequentioribus clausul. 36. num. 48.

20. Tertio. Quia potestas data, ac concessa ipsi visitatori est usque ad octavam Paschæ, celebratio autem Capituli peragenda est quindecim diebus post octavam Paschæ, ac tempore post ejus jurisdictionem terminatam, verba autem taxativa sunt exclusiva extensionis, non solum de persona ad personam, sed etiam de casu ad casum, l. Qui aliena, §. libertos. ff. de negotiis gestis l. Qui sella, §. Qui autem, l. Inter actum, l. Certo genere, l. Lucius, ff. de servit. Rustic. & multis aliis; casus autem talis delegationis exitit visitatio Provincie, ergo non extendendum ad alia. Quarto. Talis visitator non potest se intrinicare in Capituli celebratione, quia talis visitator non potest in Constitutionibus Ordinis dispensare, ut patet ex 4. fundamento.

Angelus. Tuschus. Barbosa.

Leg. Qui aliena. Leg. Qui sella.

Statuta B. Francisci.

21. Ubi VIII. Opponitur secundò, quia juxta Bullam Urbani VIII. in 3. anno ante Capituli celebrationem precipitur, ut Provincia visitetur, quia talis visitatio est preparatorium quoddam ad Capitulum, ut agnoscantur qualia nam sint vota digna, ut in Capitulo admittantur, & conserventur; & hoc est totum Adversariorum fundamentum. Et confirmatur, quia in Religione D. Francisci visitatio semper Capitulum precedit; ergo hoc idem in hac Religione (ubi presens est difficultas) fieri debet.

22. Hoc argumentum falsis principiis, ac rebus nititur, absque fundamento prolatis, quia in dicta Religione non extat, neque datur Bulla, vel breve Apostolicum: seu Decretum precipiens, quod ante Capituli celebrationem de tur talis Religionis visitatio. Bulla enim Urbani VIII. ita habet: Precipimus in virtute sanctæ Obedientiæ Provinciali pro tempore, ut expleto biennio sui Officii statim moneat Patrem Ordinis, quo ipse, si pro sua prudentia judicaverit expedire valeat de instituendo Commissario ad visitandum pro tertia vice Provinciam deliberare, sine præjudicio tamen sus-

fragii Provincialis. Et nihil circa Capituli celebrationem loquitur, & nullam Capituli mentionem facit, nec Capituli nomen pronuntiat, & tantum ex dicto Decreto colligitur, quod in triennio tres dentur visitationes, & pro tertia, si videbitur expedire Reverendissimo P. Generali, poterit Visitatorem, seu Commissarium creare; quæ quidem visitatio non est necessaria, neque requiritur ad probanda, seu justificanda Capitularia vota, super hoc enim attentè providet, Ordinis constitutio part. 3. c. 23. ubi præcipitur, quod in omni Conventu eligatur Socius iturus ad Capitulum Provinciale, qui debet, & tenetur inquirere de culpis Gremialium intrantium tale Capitulum & eas in Capitulo coram presidente, & Patribus Definitoribus præsentare, ut ab illis examinentur, & sæpè Gremiales ob tales culpas à dicto Capitulo ejiciuntur.

Et impertinens est dicere, quod per talem visitationem Capitularia vota approbantur, vel justificantur; hoc enim sine fundamento est assertum, eum sæpissimè contingat, quod visitator, sex, vel septem menses ante Capituli celebrationem incipiat visitare, ac proinde post ejus visitationem in hoc, vel illo Conventu faciles poterunt tales Gremiales graves committere culpas, propter quas fiant inhabiles interesse Capitulo, quia talis visitator de culpis futuris inquirere, vel judicare nequit; justificantur ergo talia vota per Sociorum examen, & propter similia inconvenientia, præcipit Ordinis Constitutio loco citato, ut eligatur Socius infra octo dies, antequam Prior è Conventu recedat ad Capitulum Provinciale, qui quidem socius secum fert culpas in scriptis Gremialium, & insuper statum domus, seu Conventus, & omnium rerum mobilium, & testimoniales literas directorum Conventus justificantes Priorem omnia ad sui Officii munus optime explevisse, & propter hanc causam in eodem Capitulo Provinciali, antequam ad electiones accedatur; omnes Priores, singillatim dicunt culpas suas, & si aliquis in illis deprehensus invenitur, statim rejicitur. Ad confirmationem respondetur, quod non licet transire ex una Religione ad aliam, cum unaquaque habeat sua peculiaria statuta valde diversa.

Constitutio.

238

Constitutio Ordinis.



RESOLUTIO XXXV.

De Episcopis.

QUESTIO PRIMA.

An ex dispensatione Pontificis possit Episcopus consecrari ab uno solo Episcopo?

SUMMARIUM.

- 1 De Episcopis variis in locis multa sunt dicta.
2 Ordinariè loquendo, ac secundum communem...

nem usum Episcopus est à tribus Episcopis consecrandus.

Quod probatur ex factis Apostolicis, ac ex multis juris locis, ibid. §. n. 3.

- 4 An Papa possit dispensare ut ab uno solo consecratur, est dubitatio & certum quod non potest dispensare, ut à simplici sacerdote consecratur.
5 Prima sententia negat hoc dispensari posse à Pontifice.
6 Secunda, & vera affirmat.
7 Probatur hæc sententia ex Canone Apostolorum.
8 Probatur ex Apostolo Simone Cananeo.
9 Probatur ex factis, ac dispensationibus Summorum Pontificum.
10 Clemens X. de facto dispensavit modo in Portugallia.
11 Proponitur argumentum adversariorum, & solvitur, §. n. 22.
13 Præter materiam & formam Sacramentorum omnia, quæ Christus facit, non sunt simpliciter facienda in omni casu, §. n. 14.

Multa, quæ ad Episcopos pertinent jam diximus supra, ut de approbatione consecrari Resol. 23. de potestate ad dispensandum Resol. 26. & multa alia ad munus Episcoporum spectantia variis in locis.

Convenit ergo omnes pro utraque sententia citandi, ordinariè loquendo, ac secundum communem usum Ecclesiæ Episcopum à tribus Episcopis esse consecrandum. Ita omnes Auctores, quos infra pro utraque sententia referam, Probatur primò ex Paulo 1. ad Timotheum 4. num. 14. ubi ait Apostolus, quod gratia sit ei data per impositionem manuum Presbiteri. Quod ut explicat Anacletus Papa epistola 2. Decretalium c. 2. Ubi proponens modum qualiter Episcopus sit sacrandus, proponit factum Apostolicum à D. Petro, & ait: Hierosolymitanus primus Archiepiscopus Beatus Jacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum, ut non minus quam à tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, ullatenus Episcopus ordinetur. Quod testimonium Anacleti refert Anacletus Epistola unica ad Gallia Episcopos, c. 1 in trine. dicens: Si autem non minus, quam à tribus Apostolis tantus fuit ordinatus Episcopus patet per effectum, eos formam se tuente Domino, tradidisse, non minus, quam à tribus Episcopis, Episcopum ordinari debere. Nota verba, dum dicitur Jacobus ordinatus à tribus, eos servasse formam, statuente Domino. Adverte tamen, quod Jacobus minor non fuerit ordinatus Episcopus ab illis Apostolis, sed antea immediate fuerit à Christo, sicut & alii Apostoli ab illis autem tribus fuerit assignatus, ac designatus Episcopus.

Probatur id ipsum ex multis locis sacrorum Canonum, cap. placuit omnibus, c. Coepiscopi 68. dist. cap. Episcopi, 80. c. Episcopum ob omnibus, dist. 94. Et multis aliis in locis, proindeque, qui ab uno Episcopo consecratur, non ut verus Episcopus habendus, ut declaravit Joannes III. in Epistola ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, quæ refertur 2. tom.

Cap. placuit C. Episcop. Jo. III. Tom.

Concil. & ita habet: Omnia quoque maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitanæ fuerit factus. Qua etiam de concilio Concilii Aquilegense talem ordinationem ab uno irritam, & nullam esse voluit.

De potestate Pontificis.

Tota difficultas est an Summus Pontifex possit dispensare, ut Episcopus non à tribus, sed ab uno solo Episcopo possit ordinari, ac consecrari, de quo fuit annis elapsis multa controversia in hoc regno. Et certum est, in quo omnes conveniunt, quod Summus Pontifex non potest dispensare, ut Episcopus valeat consecrari, & ordinari à simplici sacerdote; nam Episcopatus est supremus ordo in Ecclesia ex jure divino ordinatus ad sacerdotium completum, ad sacerdotesque creandos, & ideo Episcopus est superior sacerdotibus, supremusque ordo in Ecclesia Dei, imperitricque non potest, nisi ab eo, qui in tali ordine fuerit constitutus. Minor enim à majori debet benedictionem obtinere juxta Paulum Hebræor. 7. Nemo enim dare potest alteri id, quod nec formaliter, nec virtualiter habet. Ita supponunt omnes, & explicat Vasquez tom. 3. ad 3. part. disp. 243. cap. 4. num. 42. & cap. 6. in principio. contra Paludan. in 4. disp. 7. quest. 4. art. 3. num. 2. & Aurelium apud Capreolum dist. 25. quest. 1. art. 2. in 3. Argumento, asserentes ex dispensatione Pontificis posse à sacerdote simplici consecrari.

Tota difficultas, an Pontifex possit dispensare, ut unus Episcopus ab alio solo Episcopo consecratur? Partem negativam tenet Castro Palaus part. 4. de Sacram. tract. 27. disp. unica, de Sacramento Ordinis. punct. 14. num. 13. & citat pro hac sententia Henriquez lib. 10. cap. 24. §. 1. Paulum Comitum, in respons. moralib. lib. 1. quest. 48. n. 13. Marti, Anton. Genueu. in praxi Curie Archiepisc. Neapolitane, cap. 70. n. 26. Barbosa de potestate Episcopi, part. 2. allegat. 1. num. 45. Sed Barbosa, & alii ferè Auctores loquuntur de lege ordinaria, ac secundum communem Ecclesiæ usum, præceptum, ac dispositionem.

Secunda communis, ac vera sententia, etiam in praxi posita, affirmat quod Summus Pontifex possit dispensare ut unus Episcopus ab alio solo Episcopo valeat consecrari, ac proinde quod tres Episcopi ad hoc non sunt simpliciter necessarii. Ita Sanchez lib. 7. cap. 1. dub. 1. à num. 25. Bellarm. lib. 4. de notis Ecclesiæ, cap. 8. ante medium. Vasquez citat. disp. 243. cap. 6. à num. 63. D. Anton. in summ. part. 3. tit. 14. c. 6. Sylvest. §. 9. Sylvester verb. consecratio in princip. Armilla eodem num. 2. Azor tom. 2. lib. 1. cap. 30. Filliacius. vers. Queret item, Filliacius in summa tom. 1. tract. 9. de Ordine, cap. 5. num. 106. Ochogavia Tannerus. de Ordine quest. 7. n. 15. Tannerus tom. 4. disp. 7. quest. 3. Granadus in 3. part. comment. 9. tract. 1. disp. 3. §. 1. num. Hurtadus de Sacram. Ordinis, dist. 19. Illustrissimas Dom. Roderic. à Cunha à Cunha in notis ad c. Episcop. 5. dist. 6. n. 2. Machado Machado. de Perfecto Confessore tom. 2. l. 4. part. 6. tract. 1. document. 6. n. 5. Diana part. 8. tract. 1. Resol. 31. §. Sed quidquid Farinacius ad Concil. Trident. sess. 23. refert ita fuisse decisa à sacra Congregatione

Hebræor. 7.

Vasquez.

Paludanus. Aureolus. Capreolus.

5.

Palaus.

Henriq. Paul. Comit. Genueu.

Barbosa.

6.

Sanchez.

Bellarm.

Vasquez.

D. Anton.

num. 63.

Sylvest.

Armilla.

Filliacius.

Ochogavia.

Tannerus.

Granadus.

quest. 3.

Granadus in 3. part. comment. 9. tract. 1.

disp. 3. §. 1. num.

Hurtadus de Sacram. Ordinis,

dist. 19.

Illustrissimas Dom. Roderic. à Cunha à Cunha in notis ad c. Episcop. 5. dist. 6. n. 2.

Machado Machado. de Perfecto Confessore tom. 2. l. 4. part. 6. tract. 1. document. 6. n. 5.

Diana part. 8. tract. 1. Resol. 31. §. Sed quidquid Farinacius ad Concil. Trident. sess. 23. refert ita fuisse decisa à sacra Congregatione